

HERRMANNUS, alnum praesidium reis,  
 Et consulenti gloria curiae,  
 Transegit annos semisaecli  
 Muneribus meritisque largos.

Salve! Tibi nos, Vir venerabilis,  
 Dignare grates soluere cum piis  
 Votis, et adsensu fauenti  
 Percipe, quae Tibi corda praebent!


Nam fidus illi, qui Patriae Pater  
 Nobis vocatur, rebus in ardnis  
 Laetisque pro recto stetisti  
 Jure bono vitiis repugnans,

Et quod beatos reddere, quod viri  
 Mollire mores et juvenis valet,  
 Quod cura patrum pro salute  
 Gestit agi sobolis tenellae,

Hoc mente firma Tu sapientiae  
 Lumen secutus, Tu studio sacro  
 Virtutis imbutus parasti,  
 Non sine numine justus heros.

Te, qui gubernat res hominum Deus  
 Gratis laborum fructibus augeat,  
 Saluumque longam per senectam  
 Subleuet auxilio benignus!

Persoluat aetas haec Tibi debitos  
 Gaudens honores, et fugientibus  
 Aevis Tuum nomen per omne  
 Tempus amet celebrare Clio!



Se. Majest. der König v. Preußen haben den Hrn. Kammerjunker v. Götz auf Hohenbucke zum Landrath des Hoyerswerdaer Kreises (im Liegnitzer Regierungsbezirk) allergnädigst zu ernennen geruht. — Der Candid. der Chirurgie, Hr. Karl Wilhelm Kuttig zu Lieberose ist als Wundarzt 2ter Classe und der Candid. der Chirurgie, Hr. Fohl zu Haugsdorf, als ausübender Wundarzt approbirt worden. — Der Herr Oberlandes = Gerichts = Re-